



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod filius secundum quod homo non modo patre, sed spiritu sancto  
etiam minor est. D. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Quod filius secundum quod homo est, non modo patre,  
sed spiritu sancto. Et etiam seipso  
minor est.

D

NOTANDVM autem, quod filius secundum q̄  
homo factus est, non tantū patre, sed spiritu S. &  
etiam seipso minor dicitur. Et quod etiā seipso mi-  
nor dicatur secundum formā serui, August. ostendit in primo de Trin. dicens. Errauerūt homines,  
ea quæ de Christo secundum hominē dicta sunt,  
ad eius substantiam quæ sempiterna est transfe-  
rentes: sicut illud quod ipse Dominus ait: Pater  
maior me est, q̄ propter formam serui veritas di-  
cit: secundū quem modum, etiā seipso minor est  
filius. Quomodo n. non etiā seipso minor fact⁹ est,  
qui seipsum exinaniuit, formam serui accipiens.  
Non n. sic accepit formam serui, vt amitteret for-  
mam Dei, in qua erat æqualis patri. In forma er-  
go Dei vnigenit⁹ patris æqualis est patri: In forma  
serui, etiā seipso minor est. Nō ergo immerito scri-  
ptura dicit vtrunq; scil. & æqualē patri filium, &  
patrem maiorem filio. Illud n. propter Dei formā,  
hoc autem propter formam serui. De hoc eodem  
in secundo libr. de Trinit. Augustinus ait: Dei fili⁹  
est æqualis patri secundum formam, in qua est: &  
minor patre secundum formam serui quam ac-  
cepit, in qua non modo patre sed etiam spiritu S.,  
nec hoc tantum, sed etiam seipso minor inuenit⁹  
est. Propter quod, vt idem in libro contra Maxi-  
minum ait: non tantum patre: sed etiam seipso,  
& Spiritu sancto minor factus est, & etiam mino-  
ratus paulominus ab angelis. Est ergo Dei filius,  
vt ipse ait in secundo libr. de Trinit. Deo patri in  
natura æqualis, habitu minor, id est, in forma ser-  
ui quam accepit. His autoritatibus ostenditur de Trin. ca-  
aperte filius secundum formam serui minor pa-  
tre, & seipso, & spiritu sancto.

*Cap. 7. ad  
principium.*

*August. in  
principio  
cap. I.*

*Aug. epist.  
66. ad Ma-  
ximum Me-  
dicum cir-  
ca finem.  
tom. 1.*

*Aug. l. b. 1.  
7. in fine.*

Hilarius

Hilarius aliter dicit, scilicet quod pater sit maior, nec filius tamen minor.

HILARIUS autem dicens videtur, quod pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter authoritatem, quia in eo est authoritas generationis: secundum quam dicit: Pater maior me est. Et Apost. Donavit enim nomen quod est super omne nomen. Cum ergo ait: Pater maior me est, hoc est ac si diceret, donavit mihi nomen. Si ergo, inquit Hilaris, in 9. lib. de Trin. donantis authoritate pater maior est, nunquid per doni confessionem filius minor est? maior itaque donans est, sed minor iam non est cui unum esse donatur: ait enim: Ego & pater unus sumus. Si non hoc donatur IESV, ut confitendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autem in ea gloria ei donatur esse qua pater est, habes & in donantibus authoritate, quia maior est: & in donati confessione, quia unus sunt. Major itaque pater & filio est, & planè maior: cui tantum donat esse quantus est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento nativitatis impartiit, quem ex se in forma sua generat. Audisti lector quid super hoc dicat Hilarius. cuius verba ubique occurserint, diligenter nota, pieque intellige.

*Hilar. ibid.  
continuo.*

### DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI, *Qua Inuisibiliter mittitur.*

#### DISTINCT. XVII.

ITEM nunc accedamus ad assignandam missionem Spiritus sancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse Spiritus S. qui Deus est, a tertia in trinitate persona, (ut supra ostensum est) a patre & filio ac seipso temporaliter procedit, id est, mittitur ac donatur fidelibus. Sed quae sit ista missio sive donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

*Premitti-*